Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ſtodiet rectorum ſalutem et proteget gradientes ſimpliciter
ſeruans ſemitas iuſticie et viam ſanctorum cuſtodiens Tunc
intelliges iuſticiam et iudicium et equitatem et omnem
ſemitam bonam Si intrauerit ſapiencia cor tuum et ſciencia
anime tue placuerit conſilium cuſtodiet te et prudencia
ſeruabit te ut eruaris de via mala ab homine qui per
uerſa loquitur qui relinquunt iter rectum et ambulant
per vias tenebroſas qui letantur cum male fecerint et ex
ultant in rebus peſſimis quorum vie peruerſe et infames
greſſus eorum Ut eruaris a muliere aliena et ab ex
tranea que emollit ſermones ſuos et relinquit ducem
pubertatis ſue et pacti dei ſui oblita eſt Inclinata eſt
enim ad mortem domus eius et ad inferos ſemite ipſius
Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertentur
nec apprehendant ſemitas vite et ambules in via bo
na et calles iuſtorum cuſtodias Qui enim recti ſunt ha
bitabunt in terra et ſimplices permanebunt in ea Impij
vero de terra perdentur et qui inique agunt auferentur
ex ea Fili mi ne obliuiſcaris legis mee et precepta
mea cuſtodiat cor tuum Longitudinem enim dierum et
annos vite et pacem apponent tibi Miſericordia et veri
tas non te deſerant Circumda eas gutturi tuo et deſcribe
in tabulis cordis tui et inuenies graciam et diſciplinam
bonam coram deo et hominibus Habe fiduciam in domino ex
toto corde tuo et ne innitaris prudencie In omnibus
vijs tuis cogita illum et ipſe diriget greſſus tuos Ne ſis
ſapiens apud temetipſum Time dominum et recede a malo Sa
nitas quippe erit vmbilico tuo et irrigacio oſſium tuorum
Honora dominum de tua ſubſtancia et de primicijs frugum
tuorum et implebuntur horrea tua ſaturitate et vino tor
cularia redundabunt Diſciplinam domini fili mi ne ab
icias nec deficias cum ab eo corriperis Quem enim diligit
dominus corripit et quaſi pater in filio complacet ſibi
Beatus homo qui inuenit ſapienciam et qui affluit
prudencia Melior eſt acquiſicio eius negociacione au
ri et argenti primi et puriſſimi fructus eius precioſior
eſt cunctis opibus et omnia que deſiderantur huic non
valent comparari Longitudo dierum in dextera eius in ſini
ſtra illius diuicie et gloria vie eius vie pulcre et
omnes ſemite eius pacifice Lignum vite eſt hijs qui